Escondida está a cobra peçonhenta;
Estas palavras brandas, e suaves,
Que por dentro vem chêas de peçonha
Podem trazer grão damno a hum tenro peito,
Porque o animo, a quem a pouca idade
Inda não dá lugar para que entenda
O mal que nesta gente está encerrado,
Facil cousa será, antes mui certa
Com tal conversação, com taes palavras
Pouco a pouco beber huma cega ira,
Vicio, que entendimentos escurece,
E que tira á razão sua valia,

He

Et arrogantiam, et impiam tyrannidem,
Vanosque faustus, ac tumores turgidos
Animi impotentis. Pestis assentatio
Damnosa cunctis, Regibus vel maxime,
Quod effugare Regia ut monstrum queas
Virtute magna, et robore excelsi animi opus.
Conflabis odium, fateor, haud parvum tibi
Francisce, tantam si luem subegeris.
Sed magnæ ab ista profluent victoriæ
Felicitates, maximum hinc decus tibi
Nomenque paries, si magistros criminum
Virtute constans hos abegeris procul.
Si Regum ab aulis fugeret assentatio,
Officii et ipsa pestilens simulatio,
Quæ palpum inique obtrudit, et locum illius
Simplex subiret veritas, quod sæculum
Et quam beatum rerum haberemus statum?
In his morari quid juvat diutius?
Rer nota tibi sat est, malis sermonibus
Mores modestos, labe, ceu turpissimæ
Corrumpi, ab ista parte tanta cum malæ
Instent, cavendum, ne dolore serius

Ina

He beber tyrannias, e arrogancias
Soberbas, vaidades, e pesadumes
Inimigos mortaes de Reaes peitos.
Outra vez te encõmendo aquella peste
Tão perigosa a todos, tão damnosa,
E muito mais aos Reis, lisonjaria.
E se tu com grão força, e grão virtude,
(Que são obras do teu heroico sprito)
Dessa Casa Real tal monstro lanças,
Generoso Francisco, grandes odios
Alcançarás da hi, eu to confesso;
Porém tal ha de ser o nome, a honra,
A bemaventurança, a gloria, o gosto,
Que sempre ha de manar desta vitoria,
Que a troco d'outros odios inda móres,
Se maiores os póde dar a vida,
Não haverias que era mal comprado.
Se nas Cortes faltassem lisongeiros,
Os quaes só de mentiras se sustentão,
De enganar, de fingir, de fallar sempre
Conforme á inclinação de seus Senhores,
Louvando o bom, e o máo sem differença,
E entrasse em seu lugar huma verdade
Singela, pura, santa, amiga, e branda,
Quam felice seria então o tempo,
E o estado tambem das nossas cousas?
Mas porque faço eu nisto mais demora;
Mui bem entendes tu que os máos colloquios
Corrompem facilmente os bons costumes,
E pois que desta parte se arreceão,

Inani agamur pœnitentiæ, nihil
Tandem juvantis: providendum in tempore est.
Quid attinebit capere clypeum vulnere
Accepto, et ipso jam peracto prælio
Consulere? Rebas integris perutile.
Postquam atra cœpit corpori hærens serpere
Et finere pestis ad meatus intimos
Membrum secari oportet. Interim puer
Cum dulce ferre poterit, et blandum jugum
Regentis, omnem occastonem sedulo
Peccandi adimito; quod quidem jam firmior
Non patitur ætas. Perspicacibus oculis
Debet, tueri tanta cui provincia
Commissa fuerit, studia quæ placeant magis
Quibus ille mentem rebus intendat suam.
Quo vergat animus, quod satis notum patet,

Quod

E quasi estão á vista tantos males,
Trabalhar-se convem que ao diante
Não choremos em vão depois que virmos
Que o arrependimento vem já tarde,
Quando o mal penetrou já até os ossos,
E não soffre remedio, nem conselho.
Cumpre com tempo ser remediado,
Porque depois que o duro, e imigo ferro
Penetrou cruelmente até ás entranhas,
Pouco aproveitará tomar o escudo,
E depois da batalha ser vencida,
Pouco aproveitará tomar conselho;
Porém em quanto as cousas são inteiras,
Ella he a mais proveitosa, e necessaria.
O membro que de todo está corrupto
Com prejudiciaes, e negras herpes,
Cumpre com diligencia ser cortado,
Por tolher outro mal mais importante.
Em quanto o moço he tenro, e está disposto
Para soffrer o doce, e brando jugo
Do que tem a seu cargo doutrinallo,
Tira-lhe com cuidado, e com instancia
Toda a occasião de erro, inda que leve,
Porque o não soffrerá na mór idade.
E aquelle, a quem se der este tal cargo,
Deve sempre de olhar com claros olhos
A que cousas elle he mais inclinado,
Para que parte pende o seu desejo,
E quaes occupações mais continúa,
O qual está por si bem conhecido,

Quod ipsa certis indicat signis parens
Natura, nec laboriosè colligit
Cautus Magister: Alter est propensior
Cæcum ad furorem mentis, iracundiam,
Alter tumentes spiritus superbiæ
Præ se videtur ferre, in alio cernitur
Fames habendi maior, alium gloriæ
Trahit cupido, forte in alio perspicis
Ad aleam, libidinem, tyrannidem
Proclive pectus: diligenter providus
Omnia Magister cernet, ac medicamina
Suaque cuique morbo adhibeat, ut morbo gravi
Periculosa, sic levi levia applicet.
Inculcet illa dogmata, illis artibus
Regale pectus muniat, quæ pellere
Et expiare vitia possint turpia,
Inserere honesta. Quanta Regis dignitas,
Quantisque fulcienda sit virtutibus,
Fida frequenter aure capiat, ac sibi
Persuadeat, virtute nil præstantius,

Tur-

E qualquer bom juizo sem trabalho
O poderá entender bem claramente,
Que a mesma Natureza Mãi de tudo
Com mil certos signaes o está mostrando.
Hum he de natureza apassionado,
E o lugar da razão entrega á ira;
Outro dá grandes mostras de soberba,
D'esprito vão, e de animo inchado.
N'outro vendo-se está huma cubiça,
Huma fome de ter insaciavel;
Outro se está entregando a hum vão desejo
De alcançar gloria, honra, fama, e nome,
E n'outro inclinação vês claramente
De taful, sensual, ou de tyranno.
Tudo o próvido Mestre veja, e alcance,
E applique a qualquer mal os seus remedios,
Os leves á doença que for leve,
E á que for perigosa os de mais força.
Em taes artes instrua, em taes preceitos
Esse Peito Real, que por si possão
Os vicios desterrar, e os máos costumes,
(Se caber podem n'huma natureza
Que por herança tem toda a bondade,)
E introduzir o bom, honesto, e santo.
Faça-lhe sempre ouvir quanta, e quão alta
Dignidade he d'hum Rei, quanto lhe cúpre
Trazella acompanhada de virtudes.
E faça-lhe tambem persuadir-se
Que não ha melhor cousa, mais formosa,
Mais nobre, mais honrada que a virtude.

Ne-

Turpique vitio fœdius, et indignius.
Si forte visus sit tibi tenacior,
Extolle liberalitatem regiam.
Vindictæ amator si siet, clementiam
Evehito in astra, si suis indulgeat
Intentiori mente deliciis, doce
Spectare cunctos Regis exemplum sui,
Illaque imitari studia: queis se dedere
Ipsum intuentur? maximo omnium malo
Peccare Regem, plura in uno crimine
Peccata inesse, qui sibi et peccat suis.
Ut quæ modeste, temperanter, provide,
Caute, benigne, fecerit, maioribus
Sunt efferenda, ac prædicanda laudibus,
In luce posita, quæ velut sublimibus
Locata montium jugis clarissime
Cuncti intuentur. Gravibus his sententiis
Exempla junge maximorum Principum,
His necte gratas fabulas, quæ recreant
Puerile pectus, et bono exemplo docent
Virtutem amare, odisse crimen, ac scelus.

Mul-

Nenhuma pelo contrario outra mais fea,
Mais torpe, e baixa, e vil, que qualquer vicio,
Nem do Real Estado mais indigna.
Se por ventura o tiveres por apertado,
A liberalidade louva sempre
Aos Reis conveniente, e necessaria.
Se mostra ser amigo de vinganças,
Poem-lhe sobre as estrellas a Clemencia.
Se intrinseca affeição tiver ao uso
De cousas brandas, molles, delicadas,
A visa-o que dos Reis exemplos tomão
Todos os seus, e sempre se affeiçoão
A'quillo a que os vem mais affeiçoados,
E imitadores são das suas obras.
Que os Reis com grande mal de todos peccão,
E que n'hum só peccado encerrão muitos,
Que para si, e tambem para os seus peccão.
Tambem por outra parte com louvores
Lhe celebra, engrandece, e lhe levanta
As obras que fizer com temperança,
Modestia, discrição, benignidade,
Com largueza, conselho, e soffrimento,
As quaes postas estão como nos cumes
Dos altos, descubertos, livres montes,
E vistas são de todos claramente.
Ajuntar-lhe-has com isto alguns exemplos
De Principes famosos d'outro tempo.
Tambem ajunta historias fabulosas,
Que a peitos pueris são agradaveis,
E com exemplos bons, inda que falsos,

Multa sapientum dicta, multa Principum
In ore habenda, multa tabulis Pingere
Juvabit, unde colligatur intimus,
Ardensque honesti amor, quo ad alta limite
Recto astra tendat: meta qualis sit boni,
Malique finis: maximis ut præmiis
A Rege summo afficitur ille, commodis
Qui se suorum dedit, ille Rex pius
Qui Regna Patriæ, non sibi cæcus, regit.
Sic gravibus illum suppliciis Regem affici,
Qui Regni habenas dextera incauta tenet,
Suæque potius impotens libidinis,
Quam publicorum commodorum curam habet.
Nunc offerenda sunt honesti præmia
Laboris, illa quæ suis statuit Deus.
Nunc terror opponendus, et certus dolor
Intemperantem conscientiam sequens.
Sequitur ut umbra corpus. Adde vinculum
Amoris arctum quo sui illum diligent,
Illumque capiti præferent charissimo,
Cunctisque rebus anteponent, ac ferent

Oc-

Lhe ensinão que ás virtudes se affeiçoem,
E de verdade os vicios aborreção.
Ensina-lhe a trazer sempre na boca
Muitos ditos de Principes, e sabios.
Muito aproveitará ver em pinturas
Mil cousas boas, donde tirar possa
Ardente amor do honesto, puro, e santo,
Co' qual direitamente ao Céo se sobe,
Donde do mal, e bem o fim entenda,
E que assim como aquelle Rei, que tanto
De piedade tem, e de virtude,
Que se entregou de todo ao proveito,
E ao bem do seu Povo, e do seu Reino,
Não reina para si, mas para a Patria,
Do summo Rei alcança grandes premios:
Assim tambem o Rei, que se descuida
No governo, e no bem da sua terra,
E com seus appetites tem mais conta
Que co' geral proveito da Republica,
Da mão de Deos recebe grão castigo.
Humas vezes lhe poem diante os premios,
Que Deos dá aos trabalhos dos seus servos;
Outras o grande espanto, o grão tormento
Que segue huma estragada consciencia,
Da maneira que a sombra segue o corpo.
Ajunta-lhe tambem aquelle grande
Amor, que lhe hão de ter os seus vassallos,
Que mais o hão d' estimar que tudo quanto
A vida póde dar que tenha preço,
E muito mais tambem que as proprias vidas,

Oculis. Ab ipso quanta vitio incommoda
Nascantur, auge quam potes gravissimis
Subinde verbis. Auribus nil Principis
Sonet tenelli quidpiam, nisi maximum
Deum colendum, qui benignus omnium
Dator est bonorum, lata qui dat Regibus
Moderanda terris Regna, quæ si publicæ
Memores salutis legibus sanctis rogant,
Diuturna tradet in supernis sedibus.
Cantinget aliquis durioris, ut ferunt,
Cervicis, haud spondendus animus, omnia
Vigil institutor sedula cura efficit.
Nulla adeo sæva, et efferata bellua est,
Quæ non dometur arte. Naturæ licet
Sit magna virtus, subjicitur industriæ
Moderantis. Ergo pectus indomitum trucis
Mitescet ursi, obedient rectoribus
Suis leones, arteque ediscent grave
Onus elephantes ferre, jussaque exequi.

In-

E a elle só trarão sempre nos olhos.
Após isto tambem com mil palavras
Urgentes, efficazes, de grão força,
Quaes te mostrar aquelle teu engenho,
Tão só, e raro ao Mundo, lhe exaggera
Quantos males de si produz hum vicio.
Nunca soe outra cousa nas orelhas
Dessa Real, ainda tenra idade,
Senão culto de Deos com amor santo,
Do qual todos os bens tem cá seu principio,
De cuja mão os Reis tem cá na terra
Os governos dos seus largos Imperios,
Os quaes se governarem com leis santas,
Com proveito geral, e bem de todos,
Lá no Ceo lhe dará eternos Reinos.
Se se achar por ventura huma tão forte,
Tão dura natureza, hum tal animo,
E tam mal á razão obediente,
Que não soffra doutrina, nem a acceite,
Contra este tambem val a diligencia,
A doutrina do Mestre, e o bom cuidado,
Que em fim o grão trabalho acaba tudo.
Não ha bruto animal tão indomavel,
Que com arte não mude a natureza,
Porque inda que ella tenha grande força,
Resistir nunca póde ás da industria,
Mas antes lhe ficou sempre subjeita.
Abranda-se com arte o cruel usso,
Os leões obedecem a seus mestres:
O crescido elephante, e voluntario

Ingenium at hominis mite, mansuetum, pium
Ad recta pronum qui reluctari potest
Honesta perdocenti? Inanis haud erit
Labor regentis, dux modo sapientia.
Adsitque studium, adsit amor, et vigilantia;
Ut cuncta studium perficitque industria,
Sic dissoluti negligentia pectoris
Cuncta labefactat. Nemo tam pravus quidem,
Mihi ut videtur, esse poterit, quem bonus
Non pertrahat Præceptor ad rectam viam.
Nec adeo quisquam comparatis omnibus
Natura ab ipsa rebus esse tam potest
Beatus, omni ex parte felicissimo
Ingenii acumine, ad bonum proclivior,
Quin possit ipsa distrahi recta via,
Ignavia, atque inscitia mali duce,
Natura læti quo soli fœcundior,
Hoc citius occupatur herbis noxiis,
Quas ni colonus sedula purget manu,

Be-

Soffrer com arte aprenda o grave pezo,
E fazer largamente o que lhe mandão;
Pois hum engenho humano, brando, affavel,
De natureza manso, e piedoso,
Inclinado ao bem, como he possivel
Que de honestos preceitos se defenda?
Nunca trabalhará em vão o Mestre
Se por guia tiver sabedoria,
Cuidado, amor, estudo, e vigilancia:
Porque assim como a industria, o trabalho
Tudo por obra poem, e tudo acabão,
Assim tambem o peito negligente:
E pouco industrioso, e descuidado,
Tudo damna, e corrompe, e nada acaba.
Nem póde haver algum (a meu juizo)
Tão errado, e tão máo, e tão perdido,
A quem o virtuoso, e douto mestre
Ao direito caminho não converta;
Nem tambem ha nenhum (pelo contrario)
Tão bemaventurado, e tão ditoso,
A quem a natureza orne de quanto
Póde communicar a qualquer homem,
E tenha inclinação ao que he virtude
De agudeza, de engenho acompanhada,
O qual co' a ignorancia, e co' descuido
Da má guia que vai de trás seguindo
Do caminho direito não se aparte.
Porque na melhor terra, e na mais fertil
Com maior pressa crescem as más hervas,
As quaes se o lavrador com diligencia

Benigna tellus fœtum inutilem feret.
Vis prompta mentis si expolita sit male,
Atque adeo cultu careat omni, inutiles
Fœtus reponet. Multa Principis animum
Recto instituto avertere ut possunt, ita
Bonorum in omne votum, et indulgentia,
Rerum potestas, ac furens licentia,
Et illa, de qua plura paulo ante egimus,
Nimis heu timenda mollis assentatio,
Ceu labe magni pectus infeflant ducis.
Ab his pericla impendeant cum maxima,
Quibus tumere Principis animus potest,
Decet in vigiliis esse, et illi assistere,
Illius, inquam, hærere lateri, nec pati
Nisi eruditos, candidos, probos viros
Frequenter illum adire, cunctis lusibus,
Quibus illa delectatur ætas, adsient
Proceres modesti, quos ut ille diliget,
Ita vereatur, in quibus sit suavitas
Auctoritati mixta, si verbum efferat,
Quod argui decebit, haud fas omnibus
Reprehendere, uni forsitan vel alteri
Hæc cura demandabitur, nec commode

Hoc

Não alimpa, não corta, não arranca,
Produz a boa terra inutil fructo.
A boa natureza, o bom engenho,
Se não for de bom mestre cultivado,
Tambem dará de si mato, e espinhos.
E assim como mil cousas ha que podem
Hum Principe arredar do bom caminho,
Assim lhe hão de mostrar o que he contrario.
Porque as sobegidões, as abundancias,
O cumprir sempre em tudo os appetites,
O poder, a licença, a liberdade,
E aquella, de que pouco antes fallámos,
Enganosa, e cruel lisonjaria,
Corrompe grandemente os Reaes peitos:
E como daqui nasem muitos males,
E muitos, e grandissimos perigos,
Com que hum Peito Real inchar-se póde,
Cumpre vigiar sempre: Acompanhallo,
E estar sempre a seu lado com grão tento,
Nem consentir em sua companhia
Homens, senão prudentes, de bom zelo,
Do commum mais amigos, que da propria
Os principaes da terra, e mais modestos
A quantos passatempos, quantos jogos
Aquella idade busca, assistão sempre,
A quem tenha elle amor, e reverencia;
Mas estes natural brandura tenhão
Junta com severa authoridade.
Se elle solta palavra, que mereça
Alguma reprensão, não cabe em todos

Pa-

Hoc munere omnes fungier recte queunt.
Natura nostra ad arguendum maxime
Est prona, verum efficere recte non potest
Hoc quispiam, nisi sapiens, nam temporis;
Et cæterarum rerum habendus est modus,
Tantæque majestatis, ac potentiæ,
Cui subditi omnes jure divino sumus.
Nunc forte quæris, Rege quos dignos putem
Modo esse lusus, hæc tibi velut cætera
Comperta non ignoro, sed quando lubet
Hæc nostra legere, sic habeto. Habet suos
Sua quæque lusus, ac jocos ætas quidem,
Verum cavendum ne malos indulgeas
Ætate in ulla. Chartularum atque aleæ
Ludi immodesti, Regeque indignissimi
Sunt semper habiti, grata pueris ludiera
Esse illa debent, in quibus nec sordium,
Nec fraudis ulla adesse suspicio queat.
Est ille gratus ludus, in quo corporis
Firmantur artus, robur augetur, salus
Servatur integra, animus alacer inscius

Cu-

Podella reprender ; este cuidado
Poucos o devem ter , e dignos delle ,
Que tal officio he este , que nem sabem
Servillo tambem todos , quanto devem ;
Porque a natureza de toda a gente
Foi sempre a reprender mui inclinada ;
Porém ninguem faz isto como cumpre ,
Senão o que he sisudo , e avisado ,
Porque ter-se grão conta he necessario
Co' tempo , co' lugar , co' a pessoa ,
E co' Real Poder , e Magestade
Daquelle que Senhor , e Rei he nosso ,
E a quem com razão somos subjeitos.
Perguntar-m'has agora por ventura
Que jogos estes são , dos quaes eu digo
Que são dignos d'hum Rei ? Eu bem conheço
Que entendes tambem isto , como tudo ;
Mas pois tu queres ler estes meus versos ,
Eu to direi : Está hum pouco attento.
Qualquer idade tem seus passatempos ;
Mas has-te de guardar com grão cuidado
Que a nenhuma idade os máos concedas.
Mui immodestos são Dados , e Cartas ,
E por indignos sempre de Reis tidos.
Os jogos , em que o moço ha de occupar-se ,
Aquelles hão de ser , em que não possa
Sombra haver de baixeza , ou de engano.
Aquelles jogos são bons , e agradaveis ,
Com que os membros do corpo enrijecem ,
Com que as corporaes forças se accrescentão ,
Com que a saude inteira se conserva ,

Curas molestas, excitaturque optimis
Rebus gerendis. Nam velut qui semper est
Intentus arcus, frangitur, sic non potest
Intentus animus semper esse seriis,
Graviusque rebus, hunc reficiat lusibus
Ætas honestis tenera. Sentiat tamen
Quantum ille captus nocte poterit, non jocis,
Ludisve natos esse prestantes viros,
Sed gravibus utique rebus. At Reges onus
Non posse sustinere tam admirabile,
Tantaque dignum laude, nisi gravissimo
Labore, curaque vigili. Arma corpori
Commoda tenello comparentur, aureis
Distincta maculis, lateri adhæreat mucro,
Non longæ, ut inquit ille, sessor arundinis,
Sed fit pusilli, ac mansueti equi.
Gratos apologos narret auctor elegans,
Ut mus leonem eduxerit periculo,

For-

Com que nunca a alegria se consume,
Com que no animo triste se allivião
As tristezas, cuidados, e molestias,
E para grandes feitos mais se accendem!
Porque assim como hum arco sempre armado
Está em grande perigo de quebrar-se,
Assim tambem hum animo não póde
Estar sempre occupado em cousas graves;
Mas essa pueril, e tenra idade
Defenda-se ás vezes, e passe o tempo
Em passatempos bons, jogos honestos.
Sinta elle tambem quanto for possivel
Caber n'hum pueril entendimento,
Que os heroicos Varões, grandes, e nobres
Não nascerão no mundo para jogos,
Mas para cousas grandes de substancia.
Nem podem sustentar os Reis hum pezo
Tão digno de louvor, tão espantoso,
Senão com grão trabalho, e grão cuidado.
Armas lhe dem iguaes ao tenro corpo
Ornadas a lugares com fino ouro;
De adaga acompanhado o lado ande,
E não cavalgue em fraca, e longa cana,
Como o grão Flacco diz, mas em cavallo
De estatura meã, quieto, e manso.
Tambem lhe conte o Mestre algumas fabulas
De brutos animaes, inda que sejão
Exemplos mentirosos, e tão baixos,
Agradaveis serão, e proveitosos.
Como hum Rato livrou d'hum grão perigo

Formica tenuis, ut columbam juverit,
Scarabeus aquilam ut graviter infestaverit,
Quæ cuncta Regi accomodentur, quem decet
Adjungere sibi plebis animos infimæ.
Prodesse semper quæ potest Regi suo,
Nonnunquam obesse. Principem modestiam
Magis decere, quam micantes fulgido
Auro coronas, has caput componere,
Modestiam animum, quem Plato virum vocat,
At corpus ipsum carcerem, atque ergastulum
Cœlestis animi: quem modis nos omnibus
Ornare oportet. Corporis non maximam
Curam esse habendam, vermibus voracibus
Dabit quod escam. Maxime hoc præposterum
Judicium eorum, sordidum qui carcerem
Quo vinciuntur, si magis se diligant.
His adde vatum fabulas, quæ cortice
Festivo opertæ, succum habent gratissimum.
Phaeton ut altos viribus fidens suis
Currus subivit patris, illosque inscius

Fu-

A hum soberbo leão: como huma Pomba
Favorecida foi de huma formiga:
Como hum Escaravelho baixo, e immundo
Gravemente anojou a Real Aguia.
Tudo ao Rei se accomode, a quem só cumpre
Fazer-se acceito aos animos do Povo,
O qual aproveitar sempre lhe póde,
E ás vezes tambem ser-lhe damnoso.
Que ao Principe convem mais a modestia,
Que as Coroas Reaes resplandecentes,
Porque estas authorizão as cabeças,
E a modestia he do animo ornamento,
Do qual (e com razão) Platão já disse
Que elle era o verdadeiro, e certo homem,
E ao corpo, que de fóra se apparece,
Chama prizão d'hum animo celeste,
O qual nos cumpre ornar de mil maneiras,
E não tractar ao corpo com cuidado,
Pois em fim ha de ser manjar de bichos.
E que aquelles de si dão ruins mostras
Que huma immunda prizão em que estão postos
Com maior amor tratão que a si mesmos.
Fabulas aqui ajunta de Poetas
Que ainda que estão cubertas de cortiça
Debaixo hum saboroso cumo escondem.
Como aquelle atrevido Phaetonte
Em si, e em suas forças confiado,
O reluzente carro, com que o dia
A' terra traz seu Pai, sub io ligeiro,
E como por saber mal do governo

Fudit regendi, qua ruina maximus
Prope conflagravit Orbis. Hanc imaginem
Illius esse Principis, qui improvide
Imperii habenas præpeti manu movet.
Cyclops ut ingens victus est à provido,
Et cauto Ulysse, ut eruit fronte unicum
Quod lumen habuit, robur ut nil corporis
Immane prodest, deest ubi mentis vigor.
Formicularum providentiam refer,
Qua parva complent horrea in longas nives,
Refer Cicadum cantilenas stultulas,
Æstate vasta quæ gravem afferunt famem.
Expone ut apibus imperet sine aculeo
Rex perbenignus, ejus ut jussa faciunt,
Mandata ut exequuntur, atque onera ferunt
Libenter, hoc uno beatas nomine

Sc

O fez cair na terra, donde quasi
Abrazado ficou o Mundo todo;
E que isto he hum retrato, huma figura
D'hum Principe soberbo, e descuidado,
Que impetuosamente, e sem conselho,
Sem ordem, e sem razão governa a terra.
Conta-lhe como aquelle grão Cyclope
Aquelle monstruoso Polyphemo
Vencido foi do astuto, e cauto Ullisses
Com perda d'hum só olho com que via,
Que tinha na cruel, e larga testa.
Donde se vê quão pouco vale a força,
Onde falta saber, engenho, e industria.
Poem-lhe tambem diante a providencia
Das pequenas formigas, que recolhem
No verão mantimentos, com que possão
Passar bem o chuvoso, e frio inverno.
Refere-lhe a ignorancia das cigarras
Importunas, e roucas, que cantando
O largo verão passão, descuidadas
Da fome com que o inverno as ameaça,
A qual lhe vem depois causar a morte.
Declara-lhe tambem que aquella Abelha,
Que o governo das outras tem a cargo,
Sem o agudo ferrão as rege, e manda,
Por mostrar mais amor que violencia,
E por isso tambem as outras todas
Fazerem o que ella manda alegremente,
Seja embora pezado, ou trabalhoso;
Tendo-se só por isso por ditosas.

Por

Se existimantes, Principi quod pareant,
Cingunt ut illum, nec procul secedere
Patiuntur, ejus sedulo, et stipant latus.
Similibus ætas illa recreatur jocis,
Illesque memori figit animo, atque uberes
Fructus reponit, inde post maturior
Cum veniet ætas, corpori alius ut cibus,
Sic aliud animo comparandum est pabulum,
Aliique lusus, alii erunt item joci,
In terga alacrioris insiliet equi,
Ac validiori diriget telum manu,
Levemque forti brachio mittet pilam,
Pulchraque corpus excitabit gratia,
Agitans decenter illud, oculos omnium
Animosque vertet in se, et alliciet suos,
Optabit arma ferre jam virilia,
Optabit et conserere cum hoste dexteram
Fictesque pugnas cum suis meditabitur.
Sed hic docendus, bellicis tumultibus
Nil esse quidquam immanius, nil mœstius,
Turmatim, ut homines in suum exitium ruant,
Vulneribus ut se mutuis sæve opprimant.
Sed bella nonnunquam geri, ut mitissima

Oria-

Porque são a seu Rei obedientes,
Dize-lhe como sempre em torno o cercão,
Nem soffrem apartar-se longe delle,
Antes todas lhe estão sempre ao lado.
Com isto se recrea aquella idade,
Isto traz na memoria sempre firme,
E daqui tira fructos abundantes.
Mas depois que a madura idade chega,
E convem para o corpo outros manjares,
Ao animo tambem já convem outro
Mantimento maior de mais substancia.
Cavalgue já em cavallo de mais furia,
Tome a espada na mão com maior força,
A pella tratará conforme ao braço,
E incitará o corpo a maior gloria;
Com exercicios taes, os olhos todos
Dos seus porá em si, porá as vontades,
E lhe dará sprito, força, e alento.
Então desejará vestir-se d'armas,
Quaes nas duras batalhas se costumão;
E combater com forte imigo duro,
E c'os seus fingirá tambem batalhas:
Mas hão-lhe de ensinar que a peior cousa,
De tristeza maior, de mór perigo,
Que póde succeder a qualquer Reino,
He sempre andar em guerras occupado,
Onde os homens sem tento, e sem discurso
Traz sua perdição vão todos juntos,
E sem piedade huns aos outros matão.
Mas que ás vezes tambem ha de haver guerras,

Por-

Oriatur inde pax, et esse plurimas
Causas gerendi belli, eas justas tamen
Esse eligendas, impios hostes Dei
Causa oliqua honesta, ad dulce pertrahi jugum
Fidei decere. Si tuis sint finibus
Illata damna, sarcienda prælio
Quis audeat negare? Privati suas
Ut jure lites, legibusque transigunt,
Sic Marte Reges vim quidem repellere,
Non esse iniquum, inferre sævum et impium.
Ad hæc monendus pacis auctorem Deum,
Belli esse iniqui dæmonem. Quid gratius?
Pace est quid ipsa mitius quid suavius?
Qua cuncta quamvis parva crescunt plenius.
Crudele contra cuncta bellum dissipat.

Pro-

Porque a paz dellas nasça, e se conserve;
E que mil causas ha de fazer guerras,
Mas que se hão de escolher sempre a mais justas;
Os inigos crueis do Rei Eterno
Convem ao doce jugo ser trazidos
Da sua santa Fé com causa honesta:
Se os confins por ventura do teu Reino
Padecem injuria, ou detrimento,
Não ousará ninguem negar, que deves
Satisfazello com batalha justa.
Porque assim como as leis, e a rigorosa
Justiça entre os vassallos averigua
As questões, as demandas, as contendas,
Assim entre os Reis se faz co' força de armas;
Nem he máo trabalhar por defender-me
Da injuria, ou da força que me fazem;
Porém fazella a outro he cruel cousa,
E á christã caridade repugnante.
Amoesta-o tambem que o Author primeiro
Da paz foi o benigno Deos eterno,
E o Demonio cruel o foi da guerra:
Que cousa ha hi que a paz mais gradavel,
Mais branda, mais suave, mais benigna,
E mais de hum tal Author merecedora?
Com que todas as cousas largamente,
E com grande abundancia sempre crescem,
Inda que sejão baixas, e pequenas.
Ou que cousa ahi ha (pelo contrario)
Mais triste, e mais cruel que a cruel guerra?
E de Author diabolico mais digna;

Prosternit atque evertit, ut Deo optimo
Ingrata bella, grata sic pax extitit.
Pacem, inquit ille, do meam vobis, velut
Mnemosynon hac reliquit omnibus suis,
Qui nomen illud profitentur aureum,
Nomen salutis, optimis quod actibus
Testari oportet. Cujusque maximum omnium
Sit munus illud Christi, ut innocentiam
Sectentur, alti quæ fores resarat poli,
Virtutem id ipsum Regiam magis decet.
Rex namque imago quam simillima est Dei;
Dei potestas summa ubique est, Regia
Est nulla terris maior, hæc quamplurimis
Prodesse poterit, si quod est in Numine,
Ille habeat etiam, ut optimo similis Deo
Contendat esse: maxime potentiæ
Modo bonitatem adjungat, ac sapientiam
Jure simulacrum Numinis dici potest.
Benefacta semper opibus ornabit suis,
Inopes juvabit, pauperum solabitur
Duros labores, nec probis opem viris
Negabit usquam, vidua, pupillus, senex
Non deseretur, charius nil quippiam

Vir-

A qual tudo destrue, abate, e perde.
E assim como aborrece Deos a guerra,
Assim a paz amou sempre, e a concordia.
A minha paz (diz elle) vos concedo,
A qual como hum penhor, como memoria
Aos seus todos deixou, que aquelle nome,
Santissimo professão, e excellente
Nome de salvação do qual com boas
Obras convem dar digno testimunho:
E como a mór merce que Deos outorga,
E a que mais sempre aos homens encomenda,
He que amem a innocencia, e a conservem,
Porque esta do alto Ceo as portas abre,
Mais convem esta aos Reis, que á outra gente;
Que elles são huma imagem de Deos viva,
Cujo poder he summo em toda a parte.
O mando, e o poder, que tem na terra
O Rei, todos os outros sobrepuja,
Co' qual aproveitar a muitos póde,
Se algum tanto arremeda ao divino,
E ser a Deos trabalha similhante;
Que se ao seu Real grão poderio
Sabedoria ajunta com bondade,
Chamar-se-ha com razão de Deos imagem,
De seus bens pagará os bons serviços,
Não negará aos pobres sua ajuda,
E consolallos-ha em seus trabalhos.
Favoreça os bons sempre, e de bom zelo,
Não desempare velho, orfão, viuva,
Antes com grão clemencia os agazalhe;

Virtute habebit, quam sine suo præmio,
Sine laude abire non sinet, totidem sibi
Pariet amicos, quot sequi rectum sciet.
Favore honesti cuncta faciet, gratia
Personæ, et odio nulla, quamvis machinis
Multis agatur. Plurimum quidem preces
Valeant amici, sed nihil contra pium,
Nil contra honestum, nobiles viros amet,
Illisque magna tribuat, illis publica
Regenda tradat munia, illorum libens
Consilia capiat, si parentum imagines
Virtute referant, tandiu illos diligat
Quantisper altis hæserint virtutibus,
Quantisper animi celsitudine præditi,
Graves labores, ac pericla negligent,
Ut dignitatis consulant, et commodis
Patriæ Parentis, nec superbi inanibus

Ti-

Nem cousa outra mais ame que a verdade,
Nem a deixe passar sem grande premio,
E sem grande louvor para que crêa.
Tantos quererá ter por seus amigos,
Quantos souber que são bons de verdade.
Sempre o que for razão fará em tudo,
E não o moverá amor, ou odio
Algum particular inda que seja
Combatido com força por mil partes.
Orelhas dê aos rogos dos amigos,
E tenhão perante elle muita força,
Mas não já que o apartem da justiça,
Nem do que for razão por nenhum caso.
Os nobres ame sempre, e favoreça,
A estes as cousas grandes encommende,
Em publicos officios encarregue,
E tome alegremente os seus conselhos,
Se dão signaes de terem as virtudes,
De que seus Pais, e Avós forão dotados.
E tanto tempo os ame, e os conserve,
Quanto a grandes virtudes se abraçarem,
Quanto com grande esforço, e grão constancia
Desprezarem trabalhos, e perigos,
Por conservarem honra, e magestade
De seu Rei, e Senhor, e por proveito
Da commum Mãi de todos, cara Patria;
Nem lhe são causa os titulos, e as honras,
Que deste Senhor proprio recebêrão,
Para ser mais inchados, mais soberbos,
E mais no que a elle cumpre descuidados.

Titulus tumescant. Sceptra, torques, purpura,
Armisque fulgens concio satellium,
Noa regem, at ingens turba virtutum facit.
Animusque dignus Principe, pius, inclytus,
Avitus, auctus omnibus virtutibus.
Antiqua Regis unctio summam indicat
Regem decere lenitatem, et gratiam,
At fulgidum aurum, quid nisi sapientiam?
Gemmæ micantes admonent illustribus
Debere factis enitere Principem,
Unde ipse clarus gloriæ splendor fluit.
Regale sceptrum, maximam constantiam
In æquitate, et jure reddendo monet
Servandam. Ab istis eruenda plurima
Exempla sunt docenti, ut auribus nihil
Sonet tenellis, nisi pium, ac sanctum nisi
Quod Regis altum munus oculis offerat,
Munus beatum, numeri simile Dei.
Quod possit ut perficere, res ut exigit
Res tanta magnas hauriat molestias,
Nullisque parcat impiger laboribus.
Nullos labores si faber subterfugit,
Aut quispiam alius artifex, longos dies,
Longasque noctes, operi adhærens exigit,
Ut possit artem discere, cui se applicat.

Cur

A Coroa Real, o rico Sceptro,
A purpura, o Colar, a armada guarda,
Insignias são de Rei, mas não o fazem,
Porque sómente o fazem as virtudes,
Os animos clementes, altos, grandes,
Liberaes, piedosos, de Rei dignos,
E a seus Antepassados similhantes.
A antiga Unção dos Reis significava
Que lhe convem brandura, e piedade:
Entende-se por ouro, sapiencia,
Por pedras preciosas, que lhe cumpre
Ao Rei resplandecer com claras obras,
Do qual perennemente está correndo
O mesmo resplandor de honra, e de gloria.
Pelo Sceptro Real se lhe amoesta,
Que tenha grão rigor, e grão constancia
No guardar do Direito, e da Justiça.
Daqui muitos exemplos tire o Mestre,
Porque n'umas orelhas ainda tenras
Nada soe, senão honesto, e santo,
E que mostrar-lhe possa claramente,
Qual he dos Reis na Terra o alto officio
Ditoso, e ao de Deos mui similhante.
E para que cumprir sem falta possa
O que a tão grande officio he necessario,
Soffrer lhe cumpre mil enfadamentos,
E não arrecear nenhuns trabalhos.
Que se hum official noites, e dias
Consume trabalhando largamente,
Só para que aprender possa aquella arte,

Cur ille magis destinatus Imperiis,
Regendi ut auctor esse præstantissimus,
Virisque possit imperare liberis,
Justitia, amore, facilitate, gratia,
Cur non laborem maximum Rex perferet?
Quando ex labore hujusmodi fructus venit
Immensus. Artes Rege dignæ sunt pius,
Verusque cultus Numinis, probitas, amor,
Modestia, fides. In malis patientia,
In rebus aspris fortis, invictus animus,
Atque in secundis permodestus, ut sciat
Servare cunctis rebus optimum modum.
Nec cuncta libeat facere, quæ late licent;
Sed illa solum quæ decet, quæ præcipit,
Jubetque honestum: finis hic potentiæ
Ponatur, et se legibus sanctissimis,
Quas ipse statuit, subditum esse intelligat.
Non illa ut olim lex adulatrix tulit,
Quæ subditum esse legibus Regem negat.
Quid cuncta memorem? Se intus ille atque incute
Pernoscat, esse ut cæteros obnoxium
Morti, esse veram magni imaginem Dei,
Ac summa ut omnes anteit potentia,
Sic ille vera excellat omnes gloria:

Ut

A que se lhe inclinou mais a vontade ;
Aquelle para quem está guardado
Hum tão alto , famoso , e largo Imperio ,
Porque não soffrerá grandes trabalhos
Para vir a entender o bom governo ,
E poder mandar huma livre gente
Com grão justiça , amor , facilidade ,
E com poder ficar aceito a todos ,
Pois dos trabalhos nascem estes frutos ?
As Artes do Rei dignas , são ter culto
Verdadeiro de Deos , amor , bondade ,
Modestia , fé , nos males paciencia ,
Animo sempre forte , não vencido.
No prospero tambem pouco alvoroço ,
Porque hum bom meio em tudo guardar saiba.
Nem queira fazer tudo quanto póde ,
Mas só quanto convem , quanto for justo ,
E aqui de seu poder ponha os limites ,
E entenda que tambem fica subjeito
A's leis que elle mandou que se guardassem ,
Bem ao contrario do que n'outro tempo
Aquella lisongeira lei mandava ,
Que os Reis das suas leis isentos fossem.
Que posso dizer mais ? Inteiramente
Se conheça a si mesmo , e saiba certo ,
Que está subjeito á morte como os outros ,
E que he de Deos imagem verdadeira ;
E que assim como a todos cá na terra
Em poderio vence , assim lhe cumpre ,
Que elle na verdadeira gloria os vença ;

Ut opibus omnes, sic domet virtutibus.
Sed quæris iterum, quæ mihi potissimum
Videntur artes digniores Principe,
Quasve a Magistro debeat scientias
Perdiscere? Omnes liberales quas vocant.
Nec crede me maiora verbis prodere,
Quam possit ardens animus, ac feliciter
Natus, Magistro ab erudito, et impigro
Præstare cultus, nil labor non efficit.
Modo doctæ acumen mentis arti admisceat.
Septenus annus aptus esse traditur
Docto Magistro, cum juvat committier
Tradique puerum, molliusculla ac minus
Est ante tempus illud apta ætatula
Discendo, ibi infans victus erubescere
Gaudere victor, mente jam erecta solet
Sapiens Magister pervigil, doctus, probus
Quæratur inter multa millia. Optimis
Sit cultus ille, et eruditus artibus;
Præsertim honestis moribus præfulgeat,
Docendi et artem teneat, ac certam viam,
Puerumque ducat semita rectissima
Virtutis ad cacumen, et juga ardua
Doctrinæ. In ipsis asperos progressibus
Scrupos reperiet, ac molesta obstacula,

Quæ

E que assim como os doma com riquezas,
Assim tambem os dome com virtudes.
Se outra vez me perguntas que artes sejão
As que principalmente me parecem
Que são d' hum grande Principe mais dignas,
Ou quaes são as sciencias que elle deve
Com cuidado aprender do douto Mestre,
São as que liberaes tem por seu nome.
Nem creas que direi maiores cousas,
Que as que hum bom engenho, bem nascido,
E bem de douto Mestre cultivado
Poderá dar de si mui facilmente;
Porque o grande trabalho tudo acaba,
Se a qualquer arte ajuntas bom engenho.
Depois que ao septimo anno o moço chega,
Já convem que ao Mestre seja entregue,
Porque então já se corre em ser vencido,
E de ser vencedor soe alegrar-se.
Tod'a idade antes disto he muito tenra,
E mal para aprender conveniente.
Entre muitos milhares hum se busque
Bom, sabio, vigilante, e douto Mestre,
Que seja em boas artes instruido,
Mas seja-o muito mais em bons costumes,
O qual saiba ensinar, e por direitos
Caminhos leve o moço ao alto cume
Do saber, da virtude, e da doutrina.
Achará no caminho mil desvios,
Mil inconvenientes enfadonhos,
Que d'alguma detença serão causa,

Quæ pœnitendæ forte causa erunt moræ,
Quæ sola vincet, ac teret constantia.
Discet sonare litteras, ac promere
Presso ore, discet nosse recte et jungere,
Discetque notas arte mira pingere,
In quo Magister cautus, ac vigil suam
Probabit utique, præfertque industriam,
Discentis ut citra gravem molestiam
Edoceat illa, quæ quidem illum postea
Dedisceré haud oporteat, pura omnia,
Sincera, munda, e fonte limpidissimo
Manantia. Artis fateor omnia aspera
Sunt, et molesta dogmata incipientibus,
Sed condienda sunt suo, ut placeant, sale.
Pueri adhibendi pauculi, omnes indolis
Præclaræ, ut excitetur æmulatio.
Præcedere illos lætus, exultans, ovans
Gaudebit, illos assequi conabitur.
Curabit illud Rector in primis, puer
Ne terreatur a labore, in litteras
Ne contrahat odium, sed illas unice,
Sine quibus esse vita non potest, amet,

In-

De que estará depois arrependido,
Contra os quaes a constancia val sómente.
A pronunciação das letras boa,
E ajuntallas aprenda, e conhecellas,
E tambem escrevellas com grande arte.
E nisto mostrará o cauto Mestre
A sua vigilancia, a sua industria,
Porque sem grão molestia do que aprende,
Lhe ensine aquellas cousas, que esquecellas
Não venha depois a ser-lhe necessario,
Puras todas, sinceras, santas, boas,
E que d'huma mui clara fonte manão.
Os principios (confesso) em qualquer arte
Sempre são desgostos, e molestos;
Porém para que possão bem passar-se,
Cumpre vir de algum sal acompanhados.
Alguns moços lhe ajuntem, os quaes sejão
De boas naturezas, bons costumes,
Para que entre elles haja competencia,
(Que sempre no aprender foi proveitosa)
Porque receberáõ contentamento
Em triunfo d'alguns, que menos sabem;
E porá grão trabalho, e grande força
Por chegar aos que vão diante delle.
O principal cuidado do bom Mestre
Ha de ser procurar que a pouca idade
Não venha a tomar medo ao trabalho,
Porque isto não lhe crie odio ás letras.
(Sem as quaes haver vida he impossivel)
Mas sempre as ame, e abrace summamente,

Indignum, et illum luce vitali patet
Qui litterarum fuerit expers. Libere
Docere libros, quæ sequi, quæve fugere
Quemque decet, id Regi utile esse maxime;
Cui veritatem nullus, aut pauci explicant.
Romanus ille sermo copiosus, et grauis,
Quo multa rerum maximarum posteris
Sunt tradita monumenta, debet tradier,
Illo explicando sylva rerum amplissima
Edetur, ætas ut suos habet gradus,
Sic rerum; et ipsa velut parens scientia,
Quam facili, et apto perdocebit ordine
Prudens Magister. Verum in his progressibus
Sunt recta semper edocenda. Idoneum
Nullum esse tempus autumet rebus malis
Rector docendis, omne quam rectissimis.
Ubi doctus ille puritatem, ac gratiam
Sermonis hujus fuerit, admirabilis
Aderit voluptas perlegendis optimis
Scriptis vetusti seculi, in quibus Fides,

Re-

E tenha por indigno de ser vivo
O que dellas não tem conhecimento.
Declarem-lhe que os livros sem receio
Mostrão o que fugir cada hum deve,
E o que de imitação tambem he digno;
E que isto he para os Reis mui proveitoso,
A quem poucos dos seus, ou por ventura
Nenhum ha que as verdades lhe declare.
Devem-lhe d'ensinar aquella antiga
Grave, e abundante lingua dos Romanos,
Com que inda agora está viva a memoria
De tantos, e tão altos nobres feitos:
E nesta util lição, e necessaria,
Se lhe ensinarão cousas mui diversas;
Porque assim como tem seus gráos a idade,
Assim tambem os tem a sapiencia,
A qual he como mãi das cousas todas.
E esta póde ensinar o douto Mestre,
Se boa ordem tiver sem grão trabalho.
Porém sempre no meio destes passos,
Ensinar-lhe o melhor he necessario.
Nem lhe pareça ao Mestre que ha ahi tempo
Em que póde ensinar seguramente
Alguma cousa má, de Rei indigna.
Saiba que para as boas sempre ha tempo
Depois que elle tiver conhecimento
Da graça, e da pureza desta lingua,
Grande contentamento, grande gosto
Receberá de ler aquelles grandes,
Aquellas espantosas escrituras,

Que

Religio, Pietas Charitas spectabitur.
Quam multa rerum exempla, fortitudinis
Multa offerentur, multa item constantiæ,
Multa bonitatis, atque amoris in suos;
Referre pulchris quæ modis conabitur.
Vitæ Magistra historia jucundissimo
Lepore mentes recreat, et bonos docet
Mores sequendos, ac repellendos malos.
Et cuncta narrat etiam ab Orbe condito,
Ut vivere illis nos putemus, seculis
Quæ tum fuerant et suis successibus
Abiere raptim, quicquid olim antiquitas
Magnum, stupendum vidit, et mirabile,
Perdocta quicquid mater experientia,
Cuncta monumentis litterarum condita
Servantur, ut inest his voluptas maxima,
Sic fructus incredibilis, ipsam quæ juvat,
Augetque cumulo amplissimo sapientiam.
Præsertim habenda in manibus Historia Dei
Verissima illa, quæ Poli reserat viam,
Et inferorum cæca claudit limina,
Stupenda summi quæ Dei miracula,
Et largitatem narrat in hominum genus.

Nec

Que do passado tempo a nós vierão,
Nas quaes se está enxergando em toda a parte
Amor, Religião, Fé, Piedade.
Para tudo achará alli mil exemplos
De esforço, de constancia, e fortaleza,
De bondade, de amor aos seus vassallos;
Os quaes trabalhará de imitar sempre.
Natureza he da historia com grão gosto
Animos recrear, e entendimentos,
E ensinar a fugir dos máos costumes,
Seguir os que são bons. A qual por isso
Se chama com razão Mestra da vida.
E tudo largamente conta, quanto
Passou des que o mundo tem principio,
De modo que parece que vivemos
Naquelle antigo tempo tão ditoso,
E que com tanta pressa foi fugindo.
E tudo quanto aquella antiguidade
Grande, e soberbo vio d'espanto digno,
E tudo quanto ensinou a experiencia,
A historia conservou, e no-lo mostra;
E assim como daqui se tira gosto,
Assim tambem se tira grande fruito,
Com que o saber se ajuda, e seaccrescenta.
A Historia que ha de andar entre as mãos sempre,
E que principalmente ha de ser lida,
He a Historia de Deos tão verdadeira,
Que abre as portas do Ceo, cerra as do Inferno
Que as grandes maravilhas de Deos conta,
E a liberalidade com que trata

Nec negligenda quæ viri doctissimi
Scripsere de parente rerum provida
Natura, ab ipso facta quæ fuit Deo,
De jure civitatum ab ipsa origine
Natura, et hominum quod oritur, sunt omnium
Scientiarum in mente nostra semina.
Quæ pullulabunt fructibus quamuberrimis,
Modo sit colonus diligens, cautus, probus
Qui colere lætum norit, ac pulchrum solum
Eruere sentes ac rubos norit malos.
Quo Musa tendis? Cuncta complecti nequis
Operosæ moles viribusque impar tuis,
Præstare tantum munus, alio forsitan
Sed liberiore genere scribendi tibi
Licebit olim, cum puer spes unica
Regni Sebastianus ætatis gradum
conscendet altiorem, et una augebitur
Vis animi, et ardens gloriæ parandæ amor,
Perfecta virtus Christiani Principis

Tam

Esta desconhecida, e ingrata gente.
Nem se ha de desprezar a que escreverão
Doutissimos varões, daquella grande
Providencia que teve a natureza,
(Geral mãi) em crear todas as cousas,
A qual do mesmo Deos teve principio.
E todas as sciencias, que tratão
Do governo civil, e da maneira,
Que as Republicas hão de governar-se,
As quaes a natureza, e bom juizo
Dos homens per si só está mostrando,
E tem suas sementes dentro n'alma;
As quaes frutos darão mui copiosos,
Se forem doutamente cultivadas
De cauto lavrador, e diligente,
Que saiba tratar bem a boa terra,
E arrancar-lhe os espinhos, e as más hervas.
Musa minha, onde vás, ou que pertendes,
Não vês que tudo comprehender não podes,
E este pezo he maior que tuas forças?
Outro tempo virá em que escrever possas
Em estilo mais livre por ventura,
E supprir o que agora te falece.
Quando este lume só, esta esperança
Do Reino que para elle se conserva,
Sebastião, chegar a mór idade,
E juntamente nelle for crescendo
Animo, espirito, força, e ousadia
Com hum ardente amor d'eterna gloria,
Então lhe mostrarei mais claramente

Tum clariori lumine explicabitur,
Dum Regis absoluta perfectissimi
Spectanda forma veniet oculis omnium.
Dum Rex beatus conditum sub pectore
Decus tenello proferet. O si tum meo
De Patria amori promerendi par foret
Vis eloquendi! In opere nil requireres,
Ac tum paterent otii fructus mei.
Nunc hoc amico, candideque pectore,
Francisce, amoris tibi do testimonium.
Maiora multo, si liceret, hoc darem,
Ac promptiori mente, quæ semper tuæ
Laudi obsequetur, dignitati serviet,
Hoc dum superstes perfruar Cœli æthere.

FINIS.

A perfeita virtude, de que deve
O Principe Christão estar ornado.
Quando em perfeita idade todos virem
Aquella tão estranha formosura,
Quando este Rei ditoso, e invencivel
Der já mostras daquella gloria, e honra,
Que no seu tenro peito se escondia.
E se eu então tivesse igual o engenho
Ao grande amor da Patria, e ao desejo,
Que tenho de servilla, e de illustralla,
Desejar não puderas nada, em quanto
Eu então escrevêra, e juntamente
Virás claros os fruitos do meu ocio.
Agora com amigo, e puro peito
Te quiz dar isto qu' he hum testimunho
Daquelle puro amor tão verdadeiro,
Generoso Francisco, que te eu tenho.
E se eu pudera mais, muito mais dera,
E de melhor vontade; porém esta
Sempre se empregará em teus louvores,
E em tudo que cumprir a teu serviço,
Ou seja de teu gosto, ou de tua honra,
Em quanto eu cá gozar da vital aura,
E Atropos cruel não cortar o fio.

FIM.

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

PA
8585
T4A56
1803

Teive, Diogo de
Epódos que conte'm sentenças uteis a todos os homens